

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Verna - A Dominica Septuagesimae, ad Dominicam SS. Trinitatis

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Feria 3. De familiari colloquo Christi D. cum peregrinis. Hic ascendit ad
summos, qui descendit ad infimos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44214

- ¶. 30. Hoc est unum ex tribus, per quae ait Sapiens moveri terram, nempe servus cum regnaverit; & hoc idem est quartum, quod affirmat sustineri non posse, nempe ancilla, cum fuerit haeres Domina sua.
- ¶. 18. Memento pauperatus, inquit alius, in tempore abundantia, & necessitatum paupertatis, in die divitiarum. A manesque ad vesperam immutabitur tempus. & hac omnia citata in oculis Dei: Id est, facilis & penitus lubitanus est trans-
- situs à bono statu in aliud: & à felici in miserum: quapropter vivendum temperare in illa terum omnium suspensione & vicissitudine; nec nimis te abiicias & desperes humiliatus: neque nimis exultes & prelumas exaltatus, sed in medio quodam consistens, & sic ut Angelus Dei nec benedictione, nec maledictione movearis, ut de Davide dicitur. 2. Reg 14.
- Vide in hac parte, Dominica 2. Quadragesima.

FERIA TERTIA: DE FAMILIARI COLLOQUIO Christi Domini cum Peregrinis.

Quis sunt hi sermones, quos consertis ad invicem ambulantes, & esti tristes? Luc. 24.

VERITAS PRACTICA.

Hic ascendit ad summos, qui descendit ad infimos.

SENSUS est, quod quando quis est major, tanto magis revera crescit, si se ad inferiores demittat.

RATIO est, quia a tanto quis magis revera crescit, quanto apud Deum & apud homines in maiori est pretio & estimatione.

Sed qui se ad inferiores lubeat demittit, hic major est in pretio & estimatione apud Deum & homines.

Ergo, hic etiam eo magis revera crescit, & meretur ascendere ad summos viros, qui sic descendit ad infimos.

I. PUNCTUM.

SIC pergit Dominus ostendere charitatem non ambitionem, cum statim, atque sele adjungit duobus peregrinis, scita familiarem illis exhibet, quasi unus ex illis aut esset, aut esse vellet, nulla proflus habita ratio ne suæ dignitatis. Si enim Evangelista, Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos consertis ad invicem ambulantes, & estis tristes? Et respondens unus cui nomen Cleophas, dixit ei, Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognovisti, que facta sunt in illa his diebus? quibus ille

dixit, Quae? Et dixerunt. de Iesu Nazareno, qui fuit vir Propheta, potens in opere & sermone, coram Deo & omnibus populo.

Hic siste, & primò illud expende, quanta charitatis fuerit Christo Domino sic convenire mōrēntes & de le sollicitos discipulos; tūm quā longè ab omni ambitione remota fuerit illa charitas, quæ ita familiariter eos interrogat, & audit colloquentes, ut inter socios & æquales nihil familiarius cogitari possit. Non sic mundani, non sic elati & superbi, qui quā ditiones & eminentiores sunt, eo magis pauperes & infimos dedignantur, ut præclarè Sapiens; Venatio, inquit, leonis, onager in eremo; sic & pascha divitium, sunt pauperes; Et sicut abominatio est superbo, humilitas & sic & exercitatio divitie, pauper. Divites commones confirmatur ab amicis suis, humilis autem cùm eccliderit, expelleretur & à notis. Diviti decepti multi recuperatores, locutus est superba, & iustificaverunt illum; humilis deceptor est, injuria & arguitur: locutus est jenitatem, & non est datum ei locus, Divites locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius usque ad nubes perdidit; pauper locutus est, & dicunt, quis est hic, & si offendit, subvercent illum. Hæc est ambitionis humanae jactantia & impietas, contra quam Christus Dominus nos docet hodie, quod postea dicebat: Apostolus: Gracis & Barbaris, Rom. 1. sapientibus & insipientibus debitor sum.

Quod ut facilius imiteris; disce ex Veritate

tate proposita, nihil tibi unquam deperiturū, si te ad inferiores demitteris; imo & hinc vel maximē promovendum & revera crescentum, atque ad summos viros ascensurum.

Quid est enim revera crescere, nisi apud Deum & homines in majori esse existimatione? Hoc uno constat omnis honor & gloria, si apud alios praeclarerā audias; & quod aliquis de se praeclarerā alios homines sentire & loquutus, ed se gloria & honore auctum ac cumulatum credit. Veruntamen vani filii hominū, mendaces filii hominū in statu, ut decipiunt ipsi de vanitate in idipsum. Quā fallant & fallantur homines, suis in judicis & opinionebus, quis non videt? Apud Deum simul & homines crescat & magnus sit oportet, qui revera crescere dicendus sit. Judicium enim Dei nec falli nec fallere potest: unde Apostolus:

2. Cor. 10: Qui gloriatur in Domino glorietur: non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quē Deus commendat. Ac propterēa quando prædicatur futura magnitudo sancti Ioannis Baptistæ, aut cujuscunq; sanctorum, expresse additur, coram Deo, vel in conspectu Dei, quia, ut jam supra ex S. Augustino relatum est, qui ab hominibus solum laudatur, vituperante vel non laudante Domino; non defendetur nec liberabitur ab hominibus, judicante & condemnante Domino.

Luc. 1: additur, coram Deo, vel in conspectu Dei, quia, ut jam supra ex S. Augustino relatum est, qui ab hominibus solum laudatur, vituperante vel non laudante Domino; non defendetur nec liberabitur ab hominibus, judicante & condemnante Domino.

II. P U N C T U M.

SED qui se ad inferiores lubens demittit, majori est in pretio & existimatione apud Deum & homines.

Zob. 22: Apud Deum quidem, tam certò constat quā indubitatū est, à Deo talem humilitatis actum commendari; Quid autē crebrius & frequenter in scripturis? Qui humiliatus fuerit, erit in gloriā, & qui inclinaverit oculos, ipso salvabitur. QUANTO magnus es, humilius te in omnibus, & coram Deo inveneris gratia: quoniam magna potentia Dei solius, & ab humiliis honoratur. Quasi diceret Sapiens, quod si cut humiliitate humiliis Dēum præcipuo quodam cultu honorat: ita & Deus humiliem singulare quadam gratia & honore prosequitur.

Eccles. 3: Apud homines vero, ipsa patet experientia, ipsoque animi sensu, quo vel movemur contra ambitiosos, vel quo ad humiles inclinamur. Nam quantum odibilis est coram Deo & hominibus superbia, ut ait Sapiens: tam jucundus

da & accepta est omnibus vera humilitas & modestia; Unde Dominus hoc etiam proponebat motivum ad virtutis commendationē contra vitium oppositum: *Cum invitatus fueris ad nuprias, non discumbas in primo loco, ne forte honorarior te sit invitatus ab illo, & veniens is, qui te & illum vocavit, dicat tibi: da huic locum, & tunc incipias cum rubore novissimum locum tenere; Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco, ut cùm veneris qui te in vitavit, dicat tibi: Amice ascendere superius; tunc erit tibi gloria coram omnibus discubentibus: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat exaltabitur.*

Qua quidem parabola nihil ad rem nostram aptius poterat dici, quia simul comprehendit judicium Dei & hominum circa humilitatis actus, quod tale est universim, ut, quo se quis magis humiliat, eo magis astimetur & proberet. *Humilia respicit in celo & in terra.* Quid horū, quid crebrius inculcatum? Et tamen quid minus creditum?

III. P U N C T U M.

RGO hic etiam magis revera crescit, qui se ita ad inferiores demittit: cùm sic apud Deū & homines in maiorem veniat existimationē & commendationem. Sic tursum Sapiens: *Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria.* Nēcno Apostolus: *Quod ascendit, quid est, nisi quia & descendit? Qui descendit, ipse est & qui ascendit.* Quae prius dicuntur de Christo Domino, tum de careris omnibus, qui ad ejus imitationē libenter demittunt, & ad infimos quoque descendant. Sic præclarè S. Bernardus: *Christus, inquit, cùm per Serm. 15 naturam Divinitatis non haberet, quod cresceret Ascens. vel ascenderet, quia ultra Deum nihil est; per def. Dom. censum quomodo cresceret; inventus, veniens incarnari, pati, mori ne moreretur in eternum: propter quod Deus exaltravit illum, qui resurrexit, ascendit, sedes ad dexteram Dei. Vade & tu fac similiter;* ne quoenam ascendere potes, nisi descendenter.

Quā cū generatim de omni humilitatis actu valeant, tum verò hic præxim applica ad eam virtutis partem, quæ à Christo imitanda proponitur; ut quoties incidet occasio, libenter te demittas ad inferiores, si quos habes; vel ad ipsos qui occurruunt infimæ plebis homines. *Cave hinc timeas, ne quid tibi honoris depereat,*

ad 4. depereat, cum potius inde vel plurimum au-
geatur. Hoc & monebat Sapiens: Congrega-
tioni pauperum affabiles te facio: Declina pau-
peri sine tristitia aurem tuam, & redde debitum
tuum, & responde illi, pacifica in mansuetudine.
ad 5. Quod & luculentè sanctus Jacobus: Nolite,
inquit, in personarum acceptione habere fidem
Domini nostri Iesu Christi glorie, quasi diceret,
vos quibus haec gloria collata est, ut in Iesum
credatis, nolite divites preferre pauperibus,
cum potius pauperes Christus divitibus præ-
tulerint; Sic enim subdit sanctus Apostolus:
Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divi-
ties in fide, & heredes Regni, quod reprobavit Deus
diligentibus se? vos autem exhonoraatis paupe-
rem! Tum post pauca: si tamen legem perfectis
regalem secundum scripturas: Dilige proximum
tuum sicut te ipsum, benefac iis: si autem perso-
nam accipitis, peccatum opti amiti redarguti à
lege, quasi transgressores: Hoc est, cum diligen-
di sunt omnes ex præcepto charitatis, ipsi et-
iam Divites sunt amandi & colendi, sed non
ratione divitiarum seu personæ divitis in
præjudicium & contemptum eorum qui non
sunt divites.

Nonne in hoc erras? An ita facile cum pau-
peribus atque divitibus converteris? Cum his
vero quando colloqueris, quæ sunt tua colloquia? Quid responderes Christo interrogā-
ti; Qui sunt hi sermones quos conferitis ambulan-
tes. An de Iesu, vel de mundo? An de Cœlo
vel de terra? Qui est de terra, de terra est, & de
terra loquitur. Ipsi de mundo sunt, ideo de mun-
do loquantur, & mundus eos audit: Nos ex Deo
sumus. Loquela tua te manifestum faciet. Et Matt. 12.
ex verbis tuis justificaberis aut condemnaberis.
In hoc diligenter attende. Et vide in hac parte
Feria 4. hebdom. 3. Quadragesima.

FERIA QUARTA.

CHRISTVS DE OPPROBRIIS SVÆ Passionis libenter audit & loquitur.

Quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes, & Principes nostri, in damnationem mortis, &
Crucifixerunt eum. Luc. 24.

VERITAS PRACTICA.

Quæ sunt ambitioso detrimenta, haec sunt
humili lucri.

RATIO EST: Quia quicunque habent diversos
& plane oppositos fines, oppositaciam sibi du-
cunt lucri & detrimenta.
Sed ambitiosi & humilis habent oppositos pland
fines.
Ergo quæ sunt uni detrimenta, sunt alteri lucri.

I. PUNCTUM.

IN hoc etiam manifestè apparet charitas
Christi longissime ab omni fastu & ambi-
tione remota, quod tam libenter audit de
suis opprobriis sermocinantes peregrinos, si-
mulque cum illis loquitur, quam libenter
ambitiosi audiret & loqueretur de suis lau-
dibus. Sic enim de Iesu Nazareno pergebant

dicere: Et quomodo eum tradiderunt summi Sa-
cerdotes & principes nostri in damnationem mor-
tis, & crucifixerunt eum. Nos autem speraba-
mus, quia ipse esset redempturus Israel, & nunc
super haec omnia, tercias dies est hodie, quod haec fa-
cta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris ter-
ruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monu-
mentum, & non invento corpore eius, venerunt
dientes, se etiam visionem Angelorum vidisse,
qui dicunt eum vivere. Et abierunt quidam ex
nostris ad monumentum, & ita in venerunt sic ut
mulieres dixerunt, ipsum vero non in venerunt.
Et ipse dixit ad eos. O stulti & tardi corde ad re-
densum in omnibus que locuti sunt Propheta!
nonne hac opportuit pati Christum, & ita in tra-
re in gloriam suam?

Hæc omnia sigillatim expendi posse nt, sed
illud in primis quod nō modò patient: et Christus Dominus illos de sua probroso condem-
natione colloquentes sustinuit, sed etiam
graviter arguit quod nondū credere nt, nec si-
bi persuadere vellent sic Christum fuisse con-

L. 3. démnas.